



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Concilia Provincialia Mediolanensis Sex

Borromeo, Carlo

Venetiis, 1602

Litterae. S.D.N.D. Gregorii PP. XIII. Concessionis indulgentiarum, & gratiarum Confraternitatibus Sanctiss. Corporis Christi, in Ciuitate, & Diœcesi, ac Prouincia Mediolanensi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62072](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62072)

edentur, in pristino statu esse, & censeri, atque eisdem Christi fidelibus perpetuò suffragari debere decernimus. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo, Piscatoris die xxiiij. Octobris, Milleesimo, Quingentesimo, Septuagesimo secundo, Pontificatus nostri, Anno Primo.

Ca. Glorierius.

LITERAE. S. D. N. D. GREGORII PP. XIII.
Concessionis indulgentiarum, & gratiarum Confraternitatibus Sanctiss. Corporis Christi, in Ciuitate, & Diœcesi, ac Prouincia Mediolanensi.

PIVS Episcopus, seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.



Niuerſis Chriſti fidelibus præſentes literas inſpecturis ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Licet is, de cuius munere venit, vt ſibi à ſuis fidelibus dignè, & laudabiliter ſeruiatur, de abundantia ſue pietatis, quæ merita ſupplicum excedit, & vota; benè ſeruientibus ſibi multò maiora retribuatur, quam valeant promereri: Nihilominus deſiderantes, Domino populum reddere acceptabilem, & bonorum operum ſectatorem, fideles ipſos ad complacendum ſibi, quibusdam allecitiuis muneribus, Indulgentijs videlicet & peccatorum remiſſionibus inuitamus, vt exinde reddantur diuinæ gratiæ aptiores, Vt igitur Chriſti fideles ad ingrediendas confraternitates ſub inuocatione ſanctiſſimi Corporis Chriſti, in Ciuitate, & diœceſi, ac Prouincia Mediolanenſi haçtenus Canonice erectas, & impoſterum erigendas eò libentius inducantur, quò exinde vberiori cæleſtis gratiæ dono conſpexerint ſe reſectos; De omnipotentis Dei miſericordia, ac beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius aucto-ritate conſiſi, omnibus, & ſingulis Chriſti fidelibus, qui dictas confraternitates ingrediuntur, illorum ingreſſus, Plenariã, ac confratribus ipſis nunc, & pro tempore exiſtentibus, ac eorum ſingulis ter in uita, eorum peccatis prius conſeſſis, & Eucharistiæ ſacramento deuotè recepto, ſimiliter plenariam omnium peccatorum ſuorum Indulgentiam concedimus: ipſiſque confratribus qui prædictum Sacramentum in ſic-ſis miniſtrandũ aſſociauerint, ſeu impediti, aſſociari fecerint, ac proceſſionibus, & diuinis officijs, quæ per eoſdem confratres celebrari facere contigerit, interfuerint quoties id fecerint, centum dies: qui verò

Eccleſiam,

Ecclesiam, in qua aliqua confraternitas eiusdem sanctissimi corporis Christi instituta fuerit, diebus Veneris cuiuslibet hebdomadę totius anni deuotę visitauerint, alios centum dies de iniunctis eis, seu quę iniungi deberēt, pęnitentijs misericorditer in Domino relaxamus; pęsentibus perpetuis futuris temporibus valituris. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apottolicis, priuilegijs quoque indultis, & literis Apottolicis Confraternitati de Minerua, illiusque Confratribus sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibuscumque clausulis, & decretis, tam per fęlicis recordationis Paulum I I I. quam alios Romanos Pontifices pędecessores nostros cōcessis. Quibus omnibus, etiam si de illis, & illorum tenoribus mentio habenda foret, illis alijs in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expressę derogamus, cęterisque contrarijs quibuscumque. Volumus autem, qđ si confraternitates pędictas ingredientibus, & confratribus ipsis Eucharistię Sacramentum associantibus, vel associari facientibus, ac interessentibus, & Ecclesias huiusmodi visitantibus, seu alijs aliqua alia indulgentia in perpetuum, vel ad certum tempus nondum elapsum duratura per nos concessa fuerit, pęsentes litterę nullius existant roboris, vel momenti. Dat. Romę apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicę, Millesimo, Quingentesimo, Septuagesimo quinto, Idibus Aprilis, Pontificatus nostri, Anno tertio.

Cę. Glorierius.

S. D. N. D. GREGORII PAPAЕ XIII.

Reuocatio omnium licentiarum ingrediendi Monasteria Monialium & viroꝝ, & prohibitio, ne habentes licentias ab Episcopis vel Superioribus in casibus necessarijs, ingrediantur Monasteria Monialium, nisi vrgentibus necessitatibus.

*GREGORIUS Episcopus, seruus seruorum Dei,
ad perpetuam rei memoriam.*

Vbi gratię & indulta ab hac Sede concessa successu temporis incommodum asserre noscuntur; expedit illa salubri pęsidentis consilio submoueri. Proinde Sanctimonialium quieti, & tranquillitati consulere, ac omnia quę illas à spiritualium rerum cogitatione, & exercitio